

NATALIS COMITIS

MYTHOLOGIAE

Schlotheim & Soc. Coll. Rom.
SIVE

EXPLICATIONVM FABVLARVM

LIBRI X.

*In Quibus omnia propè Naturalis & Moralis
Philosophiae dogmata contenta
fuisse demonstratur.*

Nuper ab ipso autore pluribus sexcentis locis aucti & locu-
pletati, vt patebit cum antiquis
conferentibus.


*Quibus accedunt libri quatuor venationum carmine ab eodem
conscripti.*

Subsequitur index rerum memorabilium peramplus, præcedet operi urbium & lo-
corum index, quæ nomina à varijs Heroibus acceperunt.
Atque alius plantarum & animalium singulis Dijs
dicatorum.

Opus cuiusvis facultatis studiosis perutile ac prope necessarium.



Ex legato



Museo. Cocinij



V E N E T I I S . M D L X X X I .

instruendæ, cum vela & remi alæ sint nauigiorum. Hic igitur naturali prælio Soly-
mis populis bellicosis superatis, quos leonibus similes dixerunt poetæ, Amazoni-
bus arma intulit, quas per loca difficilia & montosa peragrantes captas vocarunt.
Insidias porro quas Iobates è lectissimis iuuenib. illi parauerat redeunti, caudam
serpentis vocarunt. At de Bellerophonæ satis, nunc de Rheæ dicamus.

De Rheæ.

Cap. V.

Rheam scripsit Hesiodus in Theogonia Terræ & Cœli fuisse filiam, cum ita
de filijs Terræ loquitur:

οὐρανῶ ἐνηθεῖσα τέκ' Ὠκεανὸν βαθυδίπλω.

κοῖόνγε, κρήοντε, ὑπερίονάτε· ἰαπετόντε.

Δεῖαυτε, ρεῖαυτε, Δέμιντε, μνημοσύνηντε.

Oceanum peperit Cælo coniuncta profundum,

Czumque, Creumque, Hyperionaque, Iapetumque,

Thiamque, Rheamque, Themimque, Mnemosynenque.

At Orpheus in hymnis Rheam primam omnium à Deo factam fuisse inquit quæ
Protogonum appellat. cum ita inquit:

πότνα ρέα, δύγατερ πολυμόρφου πρωτογόνοιο.

U Rheæ Protogoni genitoris filia summi.

Quæ cum fuisset postea Saturni vxor credita, ita de illa scripsit idem Orpheus:

πάντιμ' ἀγλαόμορφε, χρόνου σύλληκτρε μάχαιρα.

Saturni felix coniux, cui splendida forma est.

Ex hac idem poeta terram, & mare, & cœlum, & ventos genitos fuisse tradidit,
quæ Deorum & hominum parens appellata est, vt patet in his carminibus eius-

μήτερ μέντε θεῶν, ἡ δὲ θνητῶν ἀνδράπων

ἐκ σαῶν γὰρ καὶ γαῖα, καλοῦ ραιέε ευρύε ὑπέρθεν,

καὶ πόντος, πνοαῖαυτε, φιλοδρόμε, αἰερόμορφε.

Mater Diuorum pariter, materque virorum.

Ex te terra parens frugum, cœlumque profundum,

Et mare cum ventis, veloci percita cursu.

Hanc ipsam Iouis fuisse matrem testatur Callimachus ita in hymno in Iouem:

ἐν δὲ σε παρράσιη ρεῖη τέκεν, ἦχι μάλισα

ἔσκεν ὄρος δάμοισι περισκῆπτε.

Nam te in Parthasia peperit Rheæ, sunt vbi colles

Arboribus tecti frondosis.

Babulati sunt hanc Deorum matrem à quatuor leonibus in curtu vehi solitam,
& corona turrita coronati, cuius manib. sceptrum addiderunt, & sacerdotes tym-
pana æraque pulsabant, & Corybantes armati circumstabant incedentem, cir-
ca quam erant feræ permultæ, quarum mater credita est, vt inquit Lucretius li-
bro tertio:

Quare magna Deum mater, materque ferarum,

Et nostri genitrix hæc dicta est corporis vna.

Hanc veteres Graium docti cecinere poetæ

Sedibus in curtu bijugos agitare leones.

Hanc Deam primam fuisse crediderunt, quæ vrbes condiderit, & turres ad de-
fensionem excogitarit, quare ita scripsit Virgilius libro decimo:

Alma parens Idææ Deum, cui Didyma cordi

Turrigenæque vrbes, bijugique ad fræna leones.

R r 4 Tympana

Tympanum illi præterea tribuerunt, quod pulsabatur in sacris, & à castratis sacerdotibus colebatur cum magno tibiaram cornicinumque strepitu. Illud autem factum fuit ob Atyos memoriam Phrygij pueri, qui cum à Rheâ amaretur, neque tamen eius desiderio vellet satisfacere, perpetuam virginitatem se seruaturum pollicitus est. At cum eam non seruasset, à Rheâ in furorem percitus se ipsum euirauit, atque sacerdotem illi Deæ, cui fidem violauerat, dicauit. Alij dicunt Atyum fuisse eius Deæ sacerdotem ab illa Dea sacrificijs præfectum illa lege vt perpetuam castitatem seruaret. sed postea promissi parum memor Sâgaritidem nympham compressit, è qua Lydum, qui Lydiæ nomen dedit, & Tyrrhenum à quo vocata est Tyrrhenia, suscepit, vt ait Dorotheus Corinthius in historijs. at Dea irata furorem immisit Atyi, qui sibi testes exequit, violentas etiam manus iugulo illaturus, nisi Dea miserta in pinum arborem sibi consecratam conuertisset. alij tamen ex Hercule & Iole Tyrrhenum & Atyum prædictum esse natos maluerunt, vt scripsit Sostriatus in secundo introductionis historiz fabulosæ, quare non mirum est si propter antiquitatem suscepti argumenti vel ego quoque ipse à me dissentio, cum variorum scriptorum opiniones in varijs locis sim secutus. Inde vero mansit ea consuetudo, vt à Gallis vocatis sacerdotibus muliebri habitu indutis Rheâ coleretur, vt testatur Lucianus in Dea Syria: quam idcirco quòd vterentur tympanis in eius sacris, ita de illa scripsit Orpheus in hymnis:

20 *Τυμπαρόδουπε, φίλοις ρομαν ἐς, χαλκὸ κρῶτε. κοῦρα*
Tympana quam mulcent, et innatusque æris acuti

Sic & Ouidius libro primo de Ponto:

Ante Deum matrem cornu tibicen adunco

Cum canit: exigue quis stipis æra neget?

Huic Deæ pinus arbor sacra fuit, quod in eam arborem denique Atyum ab illa amatum, mutatum fuisse credunt, vt testatur Ouidius libro decimo Metamorpho. in his:

Et succincta comas, hirsutaque vertice pinna,
Grata Deum matri. siquidem Cybeleius Atyus
Exiit hac hominem, truncoque induruit illo.

30 At enim pinu postea coronatis sacerdotibus sacrificare mos fuit per aliquod tempus. alij fabulati sunt Iouem per somnum in terram semen profudisse, ex quo terra conceptu Genium humana figura sed ambiguo sexu prodijisse in lucem Agdistem appellatum, cui Dij virilem partem executerunt, e qua deiecta nata est amygdalus, cuius fructus decerpens Sâgarij fluminis filia in sinu abdidit, at illis evanescentibus puella grauidâ facta mox enixa est puerum, qui cum depositus fuisset in sylua, & à capra educatus forma creuit multo humana præstatiore. eius amore miro captus est Agdistis cum adoleuisset, qui cum l'esinantis regis filiam esset ducturus a superueniente Agdiste tantus furor immissus, est vt non Attes solum, sed etiam locer sibi pudenda præciderint, quare Rheâ ob formam illum sibi sacerdotem gallum asciiuit, vt ait Pausanias in rebus Athyorum. Huiusce Deæ famuli & Curetes & Corybantes vocati sunt: nam cum insaniam, ac belluinam quâdam rabiem inirentur, vocati sunt Corybantes à iacendis capitibus insanorum mor e. Hi dicti sunt etiam Galli, a Gallo fluuio Phrygiæ, cuius hausta aqua vertebantur in furorem, atque testa se castrabant. Quamuis alij ita vocatos censuerint, quia demones essent, qui furorem immitterent. Fiebant autem huius Deæ sacrificia die nono lune vt innuit Nicander in Alexipharm. cum magna uociferatione:

ἢ ἄτε κερροφόρος ζάκορος βομίστρια ρείης
εἰνάδι λειοφρόσιον ἐν χειμῖπουσα κελύθοις,
μακρὸν ἐπεμβοαία γλωσση θρόον, εἰδὲ, πρέουσα.

ὠδαίς

Ἰδαίης ῥιγίλον ὅτ' εἰσαΐωσιν ὑλαγμὸν.
 Utque Rhez matris olim diuina sacerdos
 Ipsa vijs lunæ iam nona luce propinquat,
 Clamoremque altum tollit: per deuia cuncti
 Diffugiunt, postquam ceperunt auribus ipsos
 Idez matris horrendos forte vlulatus.

Quo tempore cum Deæ imagine aſino impoſita ſacerdotes obire vicos mendicantes conſueuerunt cum tympano illi Deæ ſacrato, quo metu ac teuerentia Deæ quali præſentis vel ænolentib. extorquerent victui neceſſaria, cum imaginem ſcuti famis vocet, ac fitis, vt pater in iâbis fabuloſis Gabrię, qui ita ſcripſit per iocū: 20

Γάλλοι ἀγύρταις εἰς τὰ κοιτῶν ἐπαθή
 ἄνος τις οὐκ εὐμοῖρος, ἀλλὰ δυσδαίμων.
 ὅς τις φέρῃ πτωχοῖσι καὶ πανούργοισι
 Πενῆς σάκος, δίψασε, καὶ κακῆς τέχνης.
 αὐτοὶ δὲ κύκλω πάσαν ἐξέθουε κάμω
 περιόοντες ἔλεγον, τίς γὰρ ἀγρῶικον
 οὐκ οἶδεν ἄπιν λευλὸν ὡς ἐπηρώθη;
 τίς οὐκ ἀπαρχὰς ἀσπρίωντ' ἐκὼ σίτων;
 Ἄγνώ φέρων δίδωσι τυμπάνα ῥείης;
 Communis emptus est aſellus a gallia
 Præſtigiatoribus miſer, parum felix.
 Scutum vt ferat famis ſitisque mendicis
 His, & dolofis, artis & malæ vaſa.
 Villas vagantes quaſlibet velut mos eſt
 Dixere: ruſticus quis eſt lateat læſus
 Quem pulcher Attis, atque vt eſt is exciſus
 Quis tritici, leguminumque non Rhez
 Det tympano puro, primitias præbens?

Fuit enim antiquorum conſuetudo ſacerdotum multorum vt per vicos vagarentur, ac victum in honorem quorundam Deorum colligerent à Cleobulo Lindio 30
 primum inſtituta cum victus è templo non ſuppeteret, qualis fuit mos etiam Coniſtarum vocatorum ſacerdotum, de quo ita mentionem fecit Phœnix Colophonius poeta Iambicus in his:

Ἐδλοὶ κορώνη χεῖρα πρόσδοτε κριτῶν
 τῇ παιδί τοῦ Ἀπόλλου, ἠλέχος πυρῶν
 ἢ ἄρτου, ἢ ἡμαῖθον, ἢ ὅτιτις χεῖρις
 δ' ὅτ' ὦ γαθὴ τῶν ἕκαστος τις ὠχεροῖν ἔχει
 κορώνη, καὶ ἀλλα λήφεται χόνδρον.
 Φιλῆ γὰρ αὐτὴ πάγχυ ταῦτα δαίνυδα
 ὅ νῦν ἄλας δούς, ἀθικηρίαν δώσει.
 ὦ παῖ κορώνη κλεινὸ πλοῦτος ἤκουσε
 καὶ τῇ κορώνη ταρδέρος φέρει σῦκα.
 θεοὶ γέγοντο μετὰ πεμπτος ἡ κόρη,
 καὶ ἀθνητὸν ἀνδρα καὶ ἄνομασὸν ἐξεύροι.
 καὶ τῷ γέροντι πατρὶ κούρον εἰς χεῖρας.
 καὶ μητρὶ κούριον εἰς τὰ γούνα κατθεῖν
 θάλας. πρέφειν γυναικα τοῖς κασιγνήτοισι
 Ἐγὼ δ' ὅκου πόδες φέρουσιν ὀφθαλμοῦς
 Ἀμύβριμα μούσαισι πρὸς θύρας ἄδων,
 καὶ δόντι καὶ μὴ δόντι πλείωνα τῶν γε.

In quibus iam patet quod vagantes illi sacerdotes fingebant Deam hisce muneribus vesci, quæ suis sacerdotibus offererentur: cum ipsi præterea pro salute & incolumitate illorum precarentur, à quibus munera ipsi Deæ fuissent oblata. atque non solum triticum vel hordeum, vel cæteras huiusmodi fruges colligebant, sed quodcumque illis commodum humanæ vitæ offereretur, quorum carminum hæc est sententia:

20 Boni Coronæ tradite hordei manum,
 Vel tritici puellæ Apollinis sacri.
 Panemue, seu merum, quod aut cuiuis placeat.
 Date ò boni quod quilibet manu tenet
 Vestrum Coronæ: nam saleem & chondrum capit.
 Libenter illa prorsus hisce vescitur.
 Ceram dabit rursus saleem qui nunc dedit,
 Puer Coronam clare Plutus audiit.
 Ficus Coronæ virgo multas attulit.
 Dei: sit illa mox petenda ab omnibus,
 Et splendidum inueniat virum atque diuitem.
 Mox filium patri seni det in manus,
 Matris puella ludat inter & genua,
 30 Simul sororemque educet cum fratribus.
 Ego pedes quo conferunt me & lumina
 Cedo, atque Musis ad fores idem cano.
 Non dantibus, vel plura dantibus simul.

Vocabantur autem Matragyræ sacerdotes illi, qui in honorem Matris deum cõsimiliter pecuniam in templis colligebant, vel ad singulas domos accedentes quod innuit Ouid. in primo lib. de Ponto:

Et quis ita est audax, ut limine cogat abire

— Iactantem Pharia tinnula sinistra manu?

30 Significat vel nomen ipsum quod in honorem matris deum colligebat, cū *Μητρί* matrem, *ἀγύρτης* præstigiatorum ac mendicorum significet, quare inquit Lucianus in Aesculapio & Hercule: *οὐδὲ πίζοτόμος εἶ καὶ ἀγύρτης*. Tu autem herbarius se & medicus. fecit mentionem de hoc nomine Arist. etiam in tertio libro Rhetoricorum, qui locus cum ante nostram ætatem legeretur deprauatus, Petri Victorii patricii Florentini ac viri clarissimi ingenio est integritati restitutus, ut mihi, cum essem Florentiæ, multis rationibus probarunt viri quidam eximie integritatis & eruditionis, atque in primis Vincentius Borghinus, vir omnium quos vnquam cognoui, multiplici rerum cognitione præstantissimus. horum gratium testium autoritate commotus non potui non summo petere improbare M. Antonii cuiusdam Maioragii nescio impudentiam ne appellem, an exquisitam ambitionem; qui omni explicatione prope aristotelicæ artis ipsius Victorij scriptis accepta, ut ex iisdem viris illustribus cognoui, ex hac emendatione elatus, mox alibi in Victorium ipsum non semel insultauit, & per huius loci correctionem viros omnes clarissimos suæ ætatis insectatus est: atque in primis Hermolaum Barbarum virum præstantissimum. Quasi vero maior gloria è maledictis in alios, quàm è bonitate splendoreque explicationum possit comparari. Habebat Maioragius ante oculos Primi Comitis affinis sui modestiam & integritatem ad imitandum, qui Primus non solum est ob singularem eruditionem non obscurum Mediolani ornamentum, sed etiam ob bonitatem, & animi moderationem. cæterum quod in templis etiam pecunias colligeret in honorem eiusdem matris Deorum, facile patet ex his carminibus Ouidij:

Ante